Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



lich ein lang anhaltender Regen das Gebirg marb gemacht, und abgelaßet, den Hunst der Näif verstopfet, haben -- und auseinmal hinausgedrungen, Grund, Boden, ja alles hinweg genommen haben. Eadem ferme habet idem Auctor in Valent. imp. c. 24. Tempus, quo hac ruina contigit, indubie assignari non potest. Quamdiu Maja steterant, Merania nomen nusquam invenitur. Steterant autem certe anno adhuc 759; quo S. Corbiniani Corpus ex urbe Ma-

rino et 783, siquidem Aribo, ~~jetzt Strisingam translatum scribit Aribo, qui~~ cum ipse Majensis fuerit, patria sua ruinam, si hoc tempore contigisset, haud dubie memorasset. ~~Itaque post annum 783 contigit.~~ Porro si Maria Domitiani Carinthiæ Ducis conjux Meranensis fuit, et quidem ut nonnulli volunt ~~et~~ ac tori utique paritas exigebat, Principis filia: ~~pari~~ sequitur, Majensem civitatem paulo post annum 783 interiisse, residuam ejus partem Meraniæ nomen obtinuisse, eique anno 788 a Carolo M. Præfectum seu Comitem impositum fuisse Patre Mariæ. ~~Dici quoque potest, Meraniam hactenus adhuc Majis nomen fuisse Palatii, in quo Duces et Comites seu Præfecti residere solitiverant. Vid. Addit. mox sequentem.~~

n. 1. 6.) A comitari Majensis urbis interitu salva manifest Ecclesiam S. Valentini, ipse loci illius situs facile cuique persuadet. Vid. Tabula Geogr. II. Eadem ratio est pro camera S. Valentini seu turri moderni castelli Nenberg. Castella Laubers et Gayen eundem interitus evasisse traduntur: et sane, si tunc stetissent, ratione situs sui potuissent evadere. Turris in Untermays, quam a nobili Suppanorum olim possessorum familia Suppanthurn vocant, omnino antiquissima esse putabitur. Extat etiam in Untermays domus, quæ vocatur Am Thor, eaque porta urbis ~~vicina~~ proxima fuisse, creditur. Pars Majarum borealis, et

vulgo beym Paßwirth,

monti Teriolensi adsita, hodiedum restat, ~~ditaque~~ Quæ exinde Civitatis jura retinuit, ~~dict~~ sub nomine Civitatis an Meran seu ad Meran. Hæc nomenclatura prorsus singularis, attamen in omnibus omnino germanicis Diplomatibus, Instrumentis et literis usque hodie semper consueta, satis significat, Meran non ipsam civitatem, sed aliud quiddam esse, cui Civitas adjaceat. Quid autem sit vel fuerit, nemo hactenus ausus est definire. Videamus tamen, quid veri similius sit, quando veri certitudinem non habemus